

בשש

הלכות וביאורים

SEV

DISSERTATIO

IN

OBADIAM

PROOEMIALIS PRIMA

QVA

CONSENTIENTE

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM

ORDINE

VERAM VOCIS

וביאורים

ETYMOLOGIAM ET SIGNIFICATVM

EXPONET

PRAESES

M. JOH. ADAMVS QVASIVS

WRAT. SIL.

RESPONDENTE

SAMVELE SEYFFERTO

VRATISL.

A. O. R. M DCC XXIX. D. VI. APRIL.

LIPSIÆ

LITTERIS TITIANIS.

29.

a. d. c. l. 43.

coll. diss. A
m, 43

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

DISERTATIO

O B A D I A M

PROGYNALIS PRIMA

MILISSIMO WITTORELLI

VIETNAM VOIS



BYMOR

M. JOH. A. ...

1743

21 ILLVSTRI
GENEROSISSIMIS, MAGNIFICIS, MA-
XIME STRENVIS, NOBILISSIMIS
EXCELLENTISSIMIS

D O M I N I S

INCLYTI
IN REPUBLICA WRATISLAVIENSI

SENATVS

PRO-PRAESIDI

PATRIBVSQVE CONSCRIPTIS

VSV RERVM
ET REGENDI PRVDENTIA LAVDATISSIMIS
PVBLICÆ FELICITATIS STATORIBVS
LITERARVM FAVORIBVS ET PATRONIS

DOMINIS, AC MAECENATIBVS
GRATIOSIS

STVDIORVM
ACADEMICORVM SPECIMEN
GRATIOVE

PRO IMMORTALIBVS IN SE
MAGNIFICI SENATVS

COLLATIS BENEFICIIS ANIMI
ARGVMENTVM
DISSERTATIONEM HANC SACRAM
ESSE CVPIIT

P R A E S E S.

ILLVSTRIS
MAGNIFICI, GENEROSISSIMI, MA-
XIME STRENI, EXCELLENTIS-
SIMI, NOBILISSIMI, AMPLISSI-
MI, PRVDENTISSIMI QVE

Nillam profecto ætatis meæ par-
tem fuisse magis jucundam exi-
stimo, præter illam, qua non
tantum oculis publice omnium
exhibere qualemcunque meam
scientiam debeo, sed in primis
quoque **VOBIS**, meæ, meorumque Salutis, ac Felici-
tatis omnino **STATORIBVS**, ac **PATRONIS** Gra-
vissi-


vissimis, eam consecrare possam, atque aliquo modo contestari. Tanta enim, *VESTR*A, jure, meritoque, per universam, qua patet, Germaniam, exterarumque regiones, ubi aliquis literarum honos existit, nomina celebrantur laude, ut, quo major Patriæ nostræ gloria, æstimatioque adscendat, soli propemodum *VOS* digni videamini, quorum beneficio, liberalitate, munificentiaque, artes fere exules libertate sua tuto fruuntur. Cum itaque unus ego sim ex illis, cui hæc, præ aliis, omnino singularis plane contigit Felicitas, Tantorum, Amplissimo *PATRIÆ PATRUM* gaudere Præsidio, Favo-
re, Benevolentiaque, tanto hinc majore cum lætitia, animique voluptate hoc primum, qualecunque industriae meæ Academicæ *VOBIS* offero submittoque specimen, quanto & magis *VESTRAM* existimo sic augeri er-
game, confirmarique *Voluntatem*, & meum insuper aliquo modo exhiberi posse, pro tantis, ac innumeris Beneficiis *VESTRIS*, Animum gratissimum pariter, atque subjectissimum. Levis equidem, fateor, nec tanti omnino hic labor existit, cui *VOS* ad sensum præbituros esse, confidam; at dignus tamen, ut credo, quem non penitus adspernemini. Floreat interea ac indies aucta magis, amplificataque porro vigeat laudabilis *VESTR*A Literarum cura, æstimatioque, nec unquam deturbata, imminutaque desinat, quo Tantum urbis nostræ fastigium ad summa perductum, ut reliquarum affluentia rerum omnium, copiaque, ita non minus quoque Sapientum numero, præstantiaque integrum
): (3 sem-

*semper, felicissimumque conservetur. Summum vero
æternumque Numen, cuius universa optime fiunt per-
sistuntque auspicio, VESTRVM protegat, servet,
roboret, ornetque Ordinem, casusque ab eo adversos,
Mutationes & Funera arceat, ut & universa Civium
cobors, & ego insuper aliquando, haud ultimus inter
Clientes VESTROS, Tanto, tamque paterno lætari,
fruique VESTRO Regimine, Providentia ac Bonita-
te possim*

**INCLYTI SENATVS ET MAGNIFI-
CI ORDINIS VESTRI**

*Summa animi pietate & religione devinctissimus,
observantissimus*

M. JOHANNES ADAMVS QVASIVS.



AD LECTOREM.

PRius Te, quodnam laboris nostri præsentis potissimum existat institutum, paucis monitum volumus, quam ad ipsam rerum tractatarum accedas contemplationem. Scias vero, cum de aliquo hætenus edendo industriæ nostræ cogitaremus specimine, Obadiam nobis obvenisse Prophetam, cujus elegans admodum, concinnaque brevitæ, ad plenior nos allexit suscipiendam ejus explicationem. Quoniam vero nullam in eo vocem offendimus, quæ possit absque omni animadversione præteriri, animus fuit universa inquirere vocabula, sicque, quod hætenus non pauci desiderarunt Viri Eru- diti, veram uniuscujusque radicis, & cognationem, & significatum, & usum insuper in Scriptura Sacra, Iudæorumque Scriptis, quantum fieri potest luculentissime apertissimeque ostendere. Unum vero id aliquo modo obstitit, ne ipsum laudabile hoc statim aggrederemur, opus, quia, cum varios & innumeros fere Lexicographorum, Interpretumque sat copiose animadverterimus huc usque errores, tum imprimis non minora etiam in exponenda voce נביא qua quidem in genere omnes insigniuntur prophetæ, apud eos vidimus divortia, hæsitaciones, & si vera sunt fatenda, ignorantiam. Pretium itaque nos operæ
omni-

A D L E C T O R E M.

omnino credidimus facturos esse, si, quod ab aliis vel prorsus neglectum, vel certe haud convenienter satis explicatum fuit, pro virium tenuitate nos restituamus. Nata hinc est ipsa hæc, quam vides, Dissertatio, ubi non tantum præcipuas, maximeque dissentientium recensuimus de hujus vocabuli etymologia significatuque auctorum opiniones, verum insuper nostram quoque addidimus qualemcunque sententiam. Accessit his, annotationum loco, integer, atque, ut credimus, satis prolixus de PROPHE TARVM NATVRALI AD VATICINANDVM DISPOSITIONE, MODO, DIFFERENTIAQVE REVELATIONIS &c. Commentarius, ubique confirmatus Rabbinorum Arabumque curiosissimis, utilissimisque testimoniis. Quod si hæc igitur placuisse Tibi animadverterimus levia, mox aliæ, plus quam XII. sequentur de eodem argumento Dissertationes, quibus per singula Scripturæ S. dicta hujus vocis demonstrabimus usum. Quibus quidem absolutis, integrum ex Judæorum scriptis collectum, de prophetis systema habebis, quo universa, quæ vel hæctenus a nullo fere pertractata, vel passim certe huc illucque excerpenda fuerunt, uno statim intuitu, in corpus velut unum redacta, perspicere poteris. Unum tamen id perquam officiosè precamur a Te, ut æquum de his nostris feras judicium. Qua quidem humanitate Tua id omnino efficies, ut, quem nobis scopum præfiximus, feliciter attingamus. Vale, & Fave.

§. I.

۞
 بسم الله الرحمن الرحيم
 الحمد لله رب العالمين
 والصلاة والسلام على
 سيدنا محمد وآله
 ۞

§. I.



Antam omnino esse Literarum Sacrarum dignitatem, excellentiamque, judæorum vulgo dicunt Magistri, vt:

לאין
 בתורה מפילו אות
 אחת שאין הרים

גדולים תלוין בה
 non una *sit in lege*
 A ge

*ge litera, a qua non montes pendeant ingentes.**
 Quod, cum et nos animadverterimus huc us-
 que,

* Rationem reddunt Cabbalistici hanc: quia lex est quasi forma Tetragrammati; quemadmodum enim hoc, litera una demta, esse Tetragrammaton definit, ita quoque, si quid legi dematur, non est amplius Lex. Vide CABBALAM DENVDATAM Tom. I. pag. m. 731. Quin imo SIMEON IVSTVS in על שלשה דברים העולם עומד על התורה על עבודה ועל גמילות חסידים *super tres res mundus consistit, super legem, super cultum, & super retributionem bonorum.* Et R. ELIEZER in פרקי cap. III. fol. m. 2. col. 3. DEVM de condendo mundo consilium a lege cepisse, his memorat verbis: מיד ותיען הקבה בתורה ששמו תושיה לברא את העולם השיבה לו ואמרה רבון העולמים אם אין צבא ואם אין מחנה למלך אי זה הוא כבודו של מלך שמע ארון העולם וערב לו אמרה תורה כי נתייעץ הקדוש ברוך הוא לברא את העולם שנאמר לי עצה ותושיה Quæ ex versione VORSTIANA p. m. 4. sic habent: *Confestim SANCTVS BEN consilium iniit cum lege, (cujus nomen est sapientia, vel essentia,) de creando mundo. Respondit illi, & allocuta est: Domine Orbium, si nullum exercitum habeat rex, in quemnam ille dominaturus est? Si nullus sit populus, celebrans regem, quenam ejus gloria? Audivit Dominus Mundi, & placuit illi; Dixit Lex: Mecum consultavit Sanctus Ben, de creando mundo, juxta illud: a me consilium, & essentia, vel sapientia.* Eo tamen, pietate dicam,

que, et, quanta fieri potuit contentione, opera-
que, adversus non paucorum vel stupidam
igno-

dicam, an superstitione, processit gens vana, vt, quo
majorem legi gloriam æstimationemque conciliet, non
tantum ante mundi jacta fundamenta eam fuisse con-
ditam, vid. בראשית רבה *cap. I. fol. m. 1.* & supra cita-
tum R. ELIEZER in פרקי *cap. III. fol. m. 2. col. 2.*
illosque, qui sedulam ei navant operam, a mortis pe-
riculo immunes esse, dicat in tract. MACCOTH. fol.
10. col. 1. his verbis exemplo רב הסרה הוה יתיב
וגריום בני רב ולא הוה קא יכול שלייהם למקרב
לגביה ולא הוה שתיק פומיה מגורסא סליק יתיב
i. e. ארזא דבני רב פקע ארזא ושתיק זיכיל ליה
RAF CHASDAE, qui sedebat, legebatque in scho-
la Rafi, ille autem, qui missus erat, (ad vitam illi adi-
mendam) non potuit ad eum appropinquare, quia os
ejus non claudebatur legendo (legem) Tunc adscendens
(Angelus mortis), insedebat cedro, que pertinebat ad
(Rafi Scholam); cum vero ramus ejus frangeret, atque
(Raf Chasda) sileret, prevaluit (Angelus mortis)
ipsum; conf. R. MENASSE BEN ISRAEL in
נשמת חיים fol. 77. col. 1. cap. XX. Part. II: Sed
ipsum quoque Deum sapientissimum ejus quotidie
exercere studium, in עבודה זרה fol. III. col. 2. me-
morat sequentem in modum: אמר רבי יהודה אמר
רב שתי עשרה שעות הוי היום שלש הראשונות
הק"ב יושב ועוסק בתורה שניות יושב ודן את כל
העולם כולו כיון שרואה שנתחיים עולם כלייה
עומר מכס הדין ויושב על כסא דחמי' שלושות יושב

ignorantiam, vel curiosam nimis temeritatem,
vel

וזן את כל העולם מקרני ראי מים ער ביצי מניום
Versionem vide ab Eruditissimo EDZARDO ad-
ditam pag. 12. conf. librum במדבר רבה in רבות fol.
224. col. 1. Parascha XIX. ubi R. ACHA, nomine R.
CHANINA memorat, quod *Mosès, cum cælum adscen-*
disset, Deum invenerit sedentem, paraschanque de Vacca
Rufa legentem, quam, ut $\omega\varsigma \epsilon\nu \pi\alpha\rho\delta\omega$ moneam, difficil-
limam, et, quemadmodum R. EPHRAIMVS in
מכחשת כל חכמת עיר גבורים fol. 105. col. 4. dicit: החכמים והנביאים שחרי כלם לא מצאו בשכלם
מה הורה הענין של הפרה וכל חכמתם מתבלע והיא
negatam esse omni sapientiae sa-
pientum, atque prophetarum, quia omnes illi non inve-
nerunt ingenio suo, quæ sit significatio Sectionis de Vacca
Rufa, & omnis eorum sapientia deglutitur, atque longis-
sime remota est ab apprehensione mentis ipsorum. Tanto
hinc studium legis inculcant fervore Judæi omnibus su-
is, exceptis Christianis, Ethnicisque, quorum, si for-
te aliquis eam legat, morte judicatur dignus in tracta-
tu סנהדרין fol. 59. ut jam olim in פרקי אבות cap. VI.
בן בג בג אומר הפוך בה הפוך כרה fol. m. 14. רכלה בה ובה תחזי ומנה לא תזוע שאין לך מרה טובה
Filius Bag Bag dixerit, verte eam (legem) verte
eam; omnia in ea sunt, in ea totus esto, nec unquam re-
cedas ab ea, non enim ea melius tibi esse potest exerci-
tium. Omnis enim, extat in libro מוסר fol. 972, המרעיב
עצמו על דברי תורה בעולם הזה הק"ה משביעו
qui fame affligit se propter studium le-
gis

vel denique lachrymis deplorandam impietatem

gis in hoc mundo, eum DEVS satietate explet in seculo venturo. Eadem fere dicit R. JEHOSCHVA BEN LEVI כן היא דרכה של תורה פת במלח תאכר ומים במשורה תשתה ועל הארץ תישן וחיי צער תחיה ובתורה אתה עושה כן אשריך דטוב לך אשריך בעולם הורה וטוב לך שכר בעלתך. Quandoquidem, faturare omnino legem, Mosis probare nituntur exemplo, qui, per XL. illos, quibus apud DEVM moratus fuit, dies, de pane et aqua legis edisse ac bibisse, dicitur. Quid Moses egerit spatio dierum horum in monte Sinai, vide prolixè satis expositum apud ABARBANELEM in *Commentario super Pentateuchum fol. m. 281. col. 1. & fol. 278. col. 4.* ubi eos, qui legi dant operam, prorsus cibo carere posse existimat. Quod vero lex, quam nimio ex amore, reverentiaque, citante MAIMONIDE in ספר תורה cap. X. §. 3. non raro una cum mortuis sepulchro includere solent, ad vitam æternam, in qua כל ישראל יש חלק *Omnis Israel partem habet, juxta Cap. IX. Codicis Sanhedrin ab initio fol. 90. col. 1.* cultores ducat suos, eleganter admodum exponit ABARBANEL in נחלת אבות *fol. 94. col. 2.* his verbis, quæ digna videntur omnino, ut huc apponamus: הנורה התורה האלהית תנחה אותי כדי שלא יטעה מן הדרך ותניחהו בדרך ישר ללכת אל מחוז חפצו עוד דרש בשכבך תשמור עליך בקבר ורצה בזה שהתורה תשמור והציר את האדם מרדת נפשו שחרת כי הנורה הרשעים תמור

tem vindicaverimus, admodum credimus ope-

ræ

תמור נפשים בגופם על עפר ישכבון ותעושיק בתורה בעת
המור שגופו לקברית יוביל הנרה תורתו תשמור
עליו שנפשו לא תרד שאור כמו הגוף ולג יפסד
cum nihil fere diffi-
cultatis adsit, vertere nolumus. Quæ insuper de Le-
ctione & scripture legis, admodum superstitiose a Ju-
dæis peragenda, in medium proferri possent, vide fa-
ctis prolixè jam exposita apud WILHELMVM
SCHICKARDVM in משפת המלך Cap. II. pag.
m. 89. usque ad 122. edit. Carpz. CAMPEGIVM
VITRINGAM in Synagoga Vetere Ebraeorum Lib.
I. P. I. C. X. p. m. 200 - 202. JOSEPHVM DE
VOISIN in Proœmio ad Raymundi Martini Pugionem
Fidei pag. m. 104-106. JOH. HENR. HOTTING-
GERVM in Thesauro Philologico-Biblico L. I. C. II.
Quest. IV. p. m. 141. seq. Interea, non minore in pre-
tium apud Arabes etiam, qui splendido admodum titulo
أهل السنة *populus sunnæ s. legis*, vulgo κατ'
ἐξοχήν appellantur, vid. HOTTINGERVS in Hi-
storia Orientis Lib. I. cap. I. pag. m. 3. legem fuisse,
hodieque adhuc esse, etsi fere omnem ad confusas,
futilesque admodum Mohammedis Traditiones, præ-
ceptaque, proh dolor! restrictam, apertissime ex eo-
rum Scriptis constat. Sic enim in BORRHANED-
DINI Enchiridio Studiosi Sect. IV. p. 43. edit. Reland. extat:

قال علي رضي الله عنه * أنا
عبد من عبدني حرفاً فان شاء

ræ nos pretium facturos esse, quando hac proœ-
mia-

بباع * وان شاء استرق * وقد
انشدت في ذلك *
رأيت احق الحق حق المعلم *
وان جبهه حفظا على كل مسلم *
لقد حق ان يهدى اليه كرامة لتعليم
حرف واحد الف درهم *
فان من علمك حرفا ما تحتاج اليه
في الدين فهو أبوك في الدين *

i. c. Dixit Ali, cui DEVS sit propitius, Ego sum servus
illius, qui me docuit unam literam, ipse enim, si vult,
(me) vendit, & si vult, me surripit (ut servum reti-
neat); & in hoc patefeci:

Ego vidi majus debitum debitorum, debitum Magistri.
Et existimo, illud debere observari a quolibet Mosle-
mano.

Nam debent offerri in donum ei, in signum honoris,
mille drachmæ, pro docendo unam literulam.

Nam, qui docet te unam literulam, ex iis, quibus indiges
in lege, ipse est Pater tuus in lege. Audi insuper ma-
gnifica perquam verba, quæ de legis Cultoribus in
MS^o Arabico - Turcico non ineruditi Auctoris

كافي الاقصاب i. e. Kafi Al-Ak'bbefari,
Quarto capite, libri, cujus hic est titulus: اصول
الحكم في نظام العالم i. e. Fundamen-

miali Disfertatione, non literam unam, ** non
apicem exiguum, sed integram vocem, eamque
multo

ta judicii, s. muneris Magistratum, in gubernatione mundi

fol. XV. (b) & fol. XVI. (a) extant. يقال انبا

*يقوم الدنيا بربعة * بعلم العباد*

وعدل الامراء وعبادة الصالحاء وسخاوة

الاسخياء i. e. Dicitur: Tantummodo persistit hic

*mundus per quatuor (genera hominum,) scilicet, per
Scientiam Eruditorum, & Justitiam Principum, & Re-
ligiositatem proborum, & Liberalitatem munificorum.*

**Primum apud Ægyptios, penes quos haud pauca doctri-
næ Abrahamicæ mansisse vestigia, GVIL. POSTEL-
LVS libro de Originibus Cap. XV. existimat, litera-
rum, ab uno ex quinque illis Mercuriis, de quibus vi-
de ARNOBIVM Lib. III. inventarum, fuisse usum,
C. Cotta Pontifex, apud CICERONEM Lib. III. de
Natura Deorum p. m. 248. dicit. conf. DIODORVM
SIC. lib. II. & L. C. LACTANTIVM Institut.
Divinarum Lib. I. c. VI. p. m. 16. seq. ubi eum ab Ægy-
ptiis *Thoth* appellatum, & propter multarum rerum,
artiumque scientiam, *Trismegisti* cognomine ornatum
fuisse, refert. Plato eum vocat *Theuthum*. Ejus in re-
bus gravissimis usum fuisse Osirin consiliis, eumque,
cum aliquando peregre proficisceretur, Isidi uxori,
velut Secretarium, consiliorumque auctorem, & præ-
sidem addidisse, DIODOR. SICVLVS memorat lib. I.
p. 10. conf. KIRCHERVM in *Arca Noë* p. 217. Atothen
Me

multo gravissimam, splendidissimamque in Scri-
ptura Sacra, scilicet **נבִיא** Divino suffulti au-
xilio,

Menis filium fuisse putat ERATOSTHENES apud
Syncellum p. 911. cui adstipulatur MARSHAMVS in
Canone Chron. Sec. I. p. m. 35. Curiosa de eo vide apud
KRIEGSMANNVM in conjectaneorum de Germanicæ
gentis Origine, & conditore Hermete Trismegisto, cap.
VII. seqq. & SAM. BOCHARTVM in Phaleg. lib. I.
cap. II. ubi, eundem esse cum Canaane, multis probare
conatur. De Henoch id asserit KIRCHERVS Tom. I.
Oed. Ægypt. p. 67. 79. & in Arca Noë p. 217. De
Mose autem HVETIVS in Demonstratione Evangel.
Prop. IV. c. IV. p. 122. Commentarios ejus, de cultu
Deorum, atque *ἱεραὶς γραφαῖς* Philo Bibliensis Græcus,
Sanchuniathonis (de quo elegantissimum tractatum
conscripsit van Dale) interpres, citat. Libros itidem
fere innumeros de Diis Emphyreis, æthereis, & cœle-
stibus exarasse IAMBLICHVS in Opere de Mysteriis
trahit. Formas autem literarum harum a Taautho,
sive Teutho repertarum vide apud KIRCHERVM
in Oedipo Ægyptiaco, Tom. III. diatr. 2. ubi magna
opera, eruditionisque apparatu, literas hæc primas
omnium fuisse, & a Cadmo in Græciam delatas affir-
mare laborat. Sed merito errasse Virum Eruditissi-
mum, præter alios complures cum Celeb. BRIANO
WALTONO in Biblico Apparatu p. m. 220. sqq. credi-
mus. Quid porro de Phœnicibus, tanquam primis
literarum inventoribus, sit statuendum, vide apud
B WAL-

xilio, pro virium tenuitate, explicandam aliquo modo, illustrandamque in nos suscipimus.

§. II.

WALTONVM *loco cit.* p. 223. & HEIDEGGERVM *in Hist. Patriarch. Exercit. XVI.* p. 488. Adamo id asseruerunt præter alios non paucos, PETRVS LAMBECIVS *in Prodromo histor. Litter. L. I. c. II.* p. m. 5. ANGELVS ROCCHA *in Commentario Bibliothecæ Vaticanæ* p. 80. THESEVS AMBROSIVS *in Appendice Introductionis, in Chaldaicam, Syriacam, Armenicam; atque decem alias linguas.* IOH. ANNIUS *initio libri primi Not. Berosi,* ab Eruditissimo HERMANNO HVGONE *in libro de re litteraria* p. m. 46. citatus. BIBLIANDER *in libro de communi ratione Linguarum* p. 43. GVIL. POSTELLVS *de Originibus* cap. VI. MARCVS MARINVS *Prefatione, in Arcam Noæ.* IOH. BOVLDC *de Eccles. ante Mosen l. 1. c. 1.* & non infimæ auctoritatis inter Judæos, Auctor libri שלשלת הקבלה *fol. m. 74. col. 1.* ubi, usum simul litterarum Adamo asserens, hæc inter alia habet:

אין ספק שאם אדם הראשון וזרעו אחריו הם רוצים שיוכנו דבריהם מהשומעים אותם היו צריכים מהאותיות ונקודות של פתומי חותם דאי לאו הכי מוציא שפתיו לאל נשמעו ועל כל הדברים האלה הרקיבו הדברי חכמי האותיות ואני לאל אריך דרשי ממתקים מהאומות אמרו שמברי את העולם עד ימי המבול לאל היו לדורו ההם אותיות לכתוב זה לזה אבל היו מציירים צורות בהמות וחיות ועופות על השם שקרא להם אדם והיה בידם בקבל ובזר

ובזרה הרר היו שומעי' ומביני' דבריהם זה לזה
 וגר conf. COSRI, P. II. §. LXVIII. p. m. 132. Cum vero
 hæc ad scopum nostrum plane faciant nihil, potius
 eam, aliquanto liberius, Eruditorum, tam Christiano-
 rum, quam Iudæorum, examinabimus, ob causas o-
 mnino haud paucas, opinionem, qua, divini aliquid,
 internique literis inesse hebræorum, maxima cum
 animorum contentione statuunt. Pertinent huc ma-
 xime Sectatores Cabbalæ, cujus דברי תורה
 רמו verba sicut verba legis æstimantur in libro Tal-
 mud. ראש השנה fol. 19. 1. & quæ juxta CAPNIO-
 NEM de Arte Cabbalist. Lib. III. p. 51. nihil aliud est,
 nisi Symbolica Theologia, in qua non modo literæ
 ac nomina sunt rerum signa, verum res etiam, rerum.
 Dicunt enim Judæi, vulgo: Non sunt literæ Ebrai-
 cæ, sicut literæ Linguarum aliarum, nam viventes
 sunt. vid. BVXTORFIVS in Dissertatione de Literis
 Hebræorum, num. 19. ubi R. SAMVELIS Arcuvolti in
 libro Arugas habbossem verba hæc citat: Accepimus a
 stantibus in Secreto Domini (Kabbalistis), quod in li-
 teris his sanctis, tum in figura, tum in nominibus illa-
 rum sit spiritualitas, & vita quædam occulta, Et quod
 lux pretiosa derivata a superis, ab eis dependeat. Ple-
 nius id explicat R. ISAACVS SANGARVS in libro
 כוזר seu colloquio cum rege Cosareorum, Parte IV. §.
 XXV. p. m. 303. his verbis: אך הלשונות והמכתבים
 יתרון על קצתם מהם מיה ששמותם נאותים
 הרבה בקרואים ומתם רחוקים מהנאות
 להם; & post aliqua interjecta, ubi præfe-
 rentiam linguæ hebraicæ ex loco Gen. II. satis coacte
 demonstraverat, perguit: ועל זה נאמר במכתב כי
 צורותיה

צורותיהם אותיות אינם בלתי בוונתה ובמקרה
 אבל לענין נאות עם המכוון מכל אורת ואורת
 ואל יהי רחוק בעיון הזה רשם השמות והדומה
 להם מדרך הדבור והכתב וקודם להם השיעור
 רוצה לומר מחשבת חנפש הטהורה הדומה למלאכים
 conf. ומתקבצים השלשה ספרים ספר וספור וספר
 SOHAR JETHRO 37. 146. KI TISSA 82. 328.
 בדבר אחד ויהיה הדבר ההוא המשוער כאש
 שער אותו בעל חנפש הברה וכאשר דבר בו וכאשר
 כתבו אכן אמר זה הספר על האלים ותברך שברא
 את עולמו בשלשה ספרים בספר וספור וספר כלם
 בחקו יתברך אחד ותאחד הוא התחלה לשלשים ושתי
 ותיבו פלאות חכמה שהם עשר ספירות ועשרים
 ושתיים אותיות דמו אל יציאת הנמצאות אל מעשה
 versionem lege a Clariss. ויוצר ובכמות ובאיכו' וגו'
 BVXTORFIO additam. Secuti hanc sunt, de lite-
 rarum interiore significato, defenderuntque senten-
 tiam ex Patribus ecclesiae christianae HIERONY-
 MVS Tom. IV. Operum, ep. ad Paulam Urbicam pag. 90.
 vid. BANGIUS in Cælo Orientali, Quest. II. Exercit. III.
 p. m. 216. & omnes Cabbalistici, præsertim IOH.
 REVCHLINVS, Magnus ille literaturæ hebraicæ in
 Germania Restaurator, in Opere suo Cabbalistico, &
 qui reliquos scientiæ hujus Cultores universos, lon-
 gissime superavit, CHRISTIANVS KNORRIVS
 a ROSENROTH, Aulæ Sulzbacensis Consiliarius, in Il-
 lustrissimo opere, quod edidit sub titulo *Cabbalæ De-
 nudatæ*. Alios, propter infinitam fere copiam retice-
 mus. Quantam vero hæc, in literarum, vel nimis
 audacter ementita essentia, vel mira prorsus, vanissi-
 maque Transpositione, vel denique valore numerico,
 porten-

portentosis admodum conaminibus, quæ sita mysteria, utilitatis præ se ferre speciem videntur, tantum nihilominus credo hæcenus effecisse, ut, quæ jam satis, proh dolor! invaluit miseræ gentis Judaicæ superstitionis, vel magis amplius novis augeatur accessionibus, vel certe non parum lacescita, porro Vanitati adhærere suæ, quasi tacito assensu propellatur, ipsaque autem lucidissima literarum Sacrarum puritas, facilitasque, nube velut, & caligine obtegatur inextricabili. His enim ex fontibus haud dubie natam esse multo pestilentissimam periculosissimamque illam autumofententiam, qua tot literæ unicuique varias pro lubitu adscribunt Judæi significationes, ut eas propemodum includere numero aliquo certo vix possint. Sic enim in *Falkut Chadafsch, fol. 155. col. 1. num. 34. titulo Neschemoth, ex libro Cavvanoth fol. 53. col. 2. & fol. 54. col. 1.* legitur: כללות הנשמות הם ששים רבוא והתורה היא שורש הנשמות וישראל ויש ששים רבוא פירושים לכל פסוק שבתורה וכל נשמה ונשמה בפני עצמה נתהווה מפירוש ולעתיד כל אחד יקרא התורה כפי הפירוש המגיע לו אשר משם נבראת נשמתו ויש כמה נשמות שכוללות כמה פירושים ומשה רבנו ע"ה היה כללות מכל הששים רבוא ובכל לילה כהשארם ישן אם זוכה עולה נשמתו וקוראת שם הפי' השייך לו בפסוק אחד ובלילה אחרת בפסוק אחד וששים רבוא פירושים אלו בפשט הפסוק וכנגדן באגדה וכנגדן בקבלה Quodsi tamen aliquid in literis, quarum ipsi etiam Arabes mysteria non exigua agnoscunt, in libro, ab HERBELOTIO in Bibliotheca Orientali p. 1031. (a) in medio, B 3 cita

citato, cui hic est titulus: طرق السالكين
 وكنوز العارفين i. e. *Via incedentium*
 (piorum secundum voluntatem Dei) & *Theauri co-*
gnoscentium) religiosorum in singulis literis mysteria
 quærentium); conf. quæ Celeberr. GOLIVS in *Appen-*
dice Grammaticæ Arab. Erpenii pag. 181. de literis illis,
 quæ in XXIX. capitibus Alcorani sub eorum initium
 modo solitariis, modo duabus simul junctis, modo
 quatuor numero positis habet; adde KIRSTENIVM
Med. D. Civemque nostrum, in Grammaticæ Arabicæ Lib.
I. p. m. 74--76. latere ipsis facile concedamus; tamen
 haud absque causa existimamus, plus obscurari con-
 fundique Veritatem Divinam, quam hisce vanissimis
 illustrari posse, luxuriantis ingenii disquisitionibus.
 Longe felicius omnino, & meliore admodum successu
 hac in parte, rem suam egisse, & quantum hætenus
 ipsi animadvertimus, perfecisse, Immortalibus patriæ
 Civium laudibus merito decorandum, Illustrissimi No-
 minis CASPAREM NEVMANNVM, in curiosissi-
 mo tract. quem inscripsit: *Clavis Domus Heber*, cre-
 deremus: modo, quæ forte adversus utilissimam hanc-
 ce hypothesin, levia adhuc dubia proferuntur pasim,
 vel propter alios in Sacro Munere non paucos labo-
 res, vel quod mors eum prævenerit, ipse neutiquam
 potuit, ab alio forte Viro Erudito jam remota discussa-
 que essent. Quidquid tamen hujus fit, malumus eum lau-
 dare, quam, ut plerique solent adversarii ejus, nescio
 quo intempestivo zelo impulsus, diris (ut ita dicam) de-
 vovere omnibus. Nullum inte ea præbemus opinio-
 ni ejus in præsentis adsensum. Nolumus enim expo-
 nere

§. II.

Varias, ac pro auctorum numero, diversas admodum hic reperis Opiniones. Omnes tamen, si vera sunt fatenda, aut plane a scopo recedentes, aut illum certe non fatis, & quantum requiritur, vel attingentes, vel adsequentes. Et enim alii, pie magis, quam vere, pro primitivo ejus agnoscunt **נבואה** venire (*) quoniam Deus
Im-

nere nos, in re tam gravissima, pro alterius libertate, gloriaque, adversariorum importunis haud raro infultibus. Si vero quaecumque nostrum aliquis forte poscat judicium, feremus id quidem *in Curis nostris Philologicis propediem edendis, Part. I. Discursu Prooemiali Integro.* Conf. interea Summe Rev. & Magnificum Dominum D. LOESCHERVM, Theologorum pariter, ac Philologorum, Decus, atque Ornamentum apud Dresdenses longe splendidissimum, in *Libro de Causis Linguae Ebraeae.*

(*) Adduci vulgo ad id probandum solent loca Scripturae Sacrae, in primis *Ezechiel. II, 2. Genes. XX, 3.* vid. HERMANNVM WITSIVM in *Miscellaneis sacris Lib. I. cap. I. §. 5. p. m. 3. sq.* de quibus tamen locis quid sentiamus nos, infra dicemus. Fateor quidem haud remotam olim, alienamque fuisse a Prophetis, DEI O. M. praesentiam, virtutemque, qua excitati homines Sanctissimi, & ad rerum futurarum velut propulsi contemplationem, varias, ac pro temporis ratione, diversas acceperunt revelationum species. Sic enim
quo-

Immortalis velut accedit ad eos, qui prophetant, futura ipsis, atque alios latentia revelans.

§. III.

quoque Judæorum Doctores, Prophetiæ facultatem, quam celeberrimus, & non ineruditus *Auctor Libri Cosri P. II. §. XII. p. m. 82.* folis propriam judicat fuisse Israelitis, a Deo ducunt auctore. Patet hoc præter alios innumeros, præsertim ex verbis R. ABARBANELIS *Comment. in 2. Sam. XXIII.* ubi hæc habet: דנבואה שפע שוכב מאת ה' ית' יחורל על Quod השכל האנושי ועל רכח המדמה יחר tamen ita limitat R. MOSES MAIMONIDES in מורה נבוכים *Part. II. c. 45. fol. m. 122. b. ut:* כל נביא ישמע הדבור באמצעות מלאך אלה מרעהו Omnis אשר נאמר בו פה אלה פה אומר בו Propheta audiat (audiveritque olim) Sermonem, mediante Angelo quodam, excepto Mose, de quo dictum est: Ore ad os loquor cum eo. Repetit hoc, clariusque exponit, in הלכות יסודי תורה *Cap. VII. §. 6.* ככל הנביאים על ידי מלאך לפי כך רואים מה שהם רוצים במשלה וחידוה משה רבינו לאלה על ידי מלאך שנאמר פה אלה פה אומר בו ונאמר ודבר יהוה אלה משה פנים אלה פנים ונאמר ותמונת יהוה יביט כלומר שאין שם משלה אלה רואה את הדבר על Quod enim בוריו בלתי חידוה ובלתי משלה alius præter Mosen Propheta possit in visione videre, ac si Deus cum eo loquatur, absurdum, & longe supra imaginationis facultatem esse positum, autumat, in *More Nebochim, cit. loc.* ubi tamen ipse concedit *cap. 36.*
Pro-

Prophetiam esse Influentiam influentem, a Deo O. M. mediante intellectu agentem, super facultatem imaginatricem. Iisdem plane verbis eadem citat ex Maimonide R. ABARBANEL *Commentario in Exod. fol. m. 2. קכ PARASCHA בשלח col. 2.* sequentem in modum: הנביא הנבואה הינה שפע שופע על שכל הנביאים וכחזי המדמ' והנביא מערת נבואתו כחותיו נרדמי ומתבט לי החושי ונפשו מתעסקת בהשגתו והויה יגיד לבני אדם מה שראוה או שמע מכלי שיהיה לרצונו ובחירתו מכול במה שיראוה וינבא וכמאמר ישעיהו אשר שמעתי מאת יי' נבואה וי' הגדתי לכם ועמו אמר פעמי כה הראני יי' imo, quantum animadverti haectenus, universi fatentur Judæi, prophetiæ habitum fieri etiam per רוח seu הקדש vid. ABARBANEL *Comment. in Haggæum ad cap. I, 8. fol. m. 277. col. 4.* & a B. SCHER'TZERO *latine redditum in Trifolio Orientis p. m. 12. add. tract. Sanhedrin Hierosol. fol. 85. col. 1.* tanquam alteram illam prophetiarum speciem, de qua tamen valde multa, diversaque inter se statuunt, disceptantque. Inferiorem enim esse, quam נבואה κατ' ἐξοχην sic dictam, & post mortem Haggæi, Zachariæ, atque Malachiæ finitam, vid. R. DAVID GANZ in צמח דוד *p. m. 57. edit. lat. Vorstianæ. add. R. SAMVEL ELIESER in Cothnoth Or Cod. Sota fol. 42. c. 2. & tract. Talmud. Babyl. Foma cap. 1. fol. 9. col. 2,* quæ juxta KIMCHIVM *præfat. in Psalmos est:* דבר בא על האדם שהויה חכם שלם במדותיו תבויה לו הנבואה בחלום ובעת תבואתו הנבואה בהקוץ יתבט לו בחותיו התרגשות ויהויה מסולק מכל דרכי העולם הזרה ויראה במחזה הנבואה באילו איש מדבר עמו ויאמר

C

ויאמר

ויאמר לו וכן או יראה דמיונות במראה ההיות או לז
 יראה תמונה אלז ישמע קול מדבר עמן
 add. MAIMONIDEM in תורה יסורי *cap.*
VII. §. 6. ex aliis multis dicit R. MENACHEM a
REKANATH Comment. in Pentateuchum fol. 83. col. 3.
Parascha וראו: his verbis: דעכי הנבואה נמשכת
 מן העטרה ומתחלקת לג' חלקים החלק הא' נקרא
 נבואה ואותו השיגו הנביאים ע"ה החלק ב' נקרא רוח
 הקודש ואותו השיגו דוד ושלמה ודניאל ויתר החסידים
 והוא למטה מן הנבואה החלק הג' נקרא בת קול
 והוא למטה מרוח הקודש ואותו השיגו חכמי ישראל
 אחר שפסקו רוח הנבואה ולז היה נשמע כי אם
 למוכתרים בחכמה ובחסידות וכו' צופים בנסתרות
 add. ipse שנאמר והאנשים אשר היו עמי לז ראו
 quoque ABARBANEL *supra citato Comment. in*
2. Sam. XXIII. fol. m. col. 3. ubi ex mente R.
MAIMONIDIS in More Nebachim cap. ג. מה. gra-
 dum hunc prophetiae per Spiritum S. tantum dicit esse:
 השמע יחור על לשון האדם ושכלו לדבר דברים
 עצימים בענין השיר ודחכמה לז לראות צורות
 נראות ולז להשיג השגות אלהיות כי אם לענין
 שלמות הדבור בענין החכמה והשיר ולהעיד על זה
 אמר רוח ה' דבר כי ומלתו ע"ל לשוני ואין הכוונה
 שדבר אליו האלקי כמו שהיה לשאר הנביאים כי אם
 שרוח הקדש היה מלווה אותו לדבר ומלתו וכחו האלקי
 Interea licet mirum quantum de hac re passim litigent inter se Ju-
 daei, ut etiam, memorante ABARBANELE *in elegan-*
tissimo Commentario super Daniele m. ג. מעיין ג. fol.
m. 18. col. 3, ipse MAIMONIDES negaverit, רוח הקדש
 esse

נבואה כי אם השפע החוא מגיע לדברי והמרמז :
 יחד לשיצוק בו גררה ולכן יבוא רוח הקדש ביקיצה
 בהשמשות החושים לזכר בבטולם ועשה הרב ממנו
 ב' מינים האחד בפעולות כשיתעורר האדם בעצמו
 לעשות פעול משובח בחצלת קהל טובים או אדם
 מיוחד בחשיבותו יאמר שהיתה או שצלחה עליו רוח ה'
 והמין השני הוא שימצא האדם כאלו התחדש עליו
 כח לדבר בחכמות או בתושבות ודברי מוסר ואזהרה
 וכל זה בעת היקיצה והשתמשות החושים על מנהגיהם
 ואז יאמר עליו שהיה מדבר ברוח הקדש כמו שבג'
 Eo tamen redeunt omnia, ut, post
 multam huc illucque factam disputationem, ipse cita-
 tus ABARBANEL, Commentario in Daniele fol. m.
 19. col. 4. תמר ג מעיין ג
 species denominari hac phrasi רוח הקדש posse, fateatur
 מזה היות ענין רוח הקדש הנזכר ענינו :
 באמת היות השפע האלהי אשר יחול בנפש האדם
 וכאשר יהיה רב ועצום ישמחו נביאי בכל אחת
 מהמדרגות אשר זכרתי וכאשר לזכר יחיה כן ישלימו
 בכל אחת ממעלות המדות וחדעות והפעולות
 הטובות כמו לדבר צחור כדוד ולהגיד חכמות כשלמה
 ולגבר חיילים כשופטי הארץ וגבוריו ובכלל יגיע לאדם
 שלמות ביתר שאר ויתר עז על כחו המבעי ולהיות
 רוח הקדש במדרג' הסוג הכולל לנביאים וזולתם
 מהשלמים תמצא שלא לבר יאמר הרוח על השפע המבוא
 אל הפעולות השלמות ואל נעימות הדבר כדברי
 הרב המורה כי גם פעמים תאמר על הנבואה
 הגמורה שנאמר ואצלתי מן הרוח אשר עליך ותנח עליהם
 הרוח ומי יתן כל עם ה' נביאים כי יתן ה' את רוחו
 עליהם ותהי עליו גם היות רוח אלהים וילך הלך
 ויתנבא

C 2

ויתנבא

ויתנבא ויחזקאל היתה עליו יד ה' ויוציאני ברוח
 ה' ורבו מספר כאלה הכתובים עד שכפי מרה שיורו
 עליו אין ספק שבעצם וראשונה יאמר רוח על הנבואה
 להיות גדולה משלמיות הנפש האלהי וכדרך ההשתתפות
 והיחוד יאמר על שאר השלמיות ואמנם החבר
 במאמר ה' מהכזה אמר זה לשונו אבר הענין הזה
 לז' יושג בהקשרו אך בראי' ההיג' הנבואית אשר
 ימצא בזה כמעט שיפרד האדם ממינו וידבק במין
 מלאכי ותכנס בו רוח אחר' וכמו שאמר ונהפנת לאיש
 אחר ורוח לבשר והיתה עליו יד ה' ויוציאני ברוח ורוח
 נדיבה תסמכני כלו כינוי על רוח הקדש הלובשת
 Et post aliqua interjecta : הנביא בעת הנבואה
 הגיה קראו במאמר הנבואה. *ibid. fol. m. 20. col. 4.*
 בשם רוח הקדש וכן תמצא להר' מכן שיסבור היות
 רוח הקדש מין מהנבואה עם היות שיעשה בובר
 חלוקים ומדרגות שהוא כתב בפירושו בפסוק אם
 יהיה נביאים ה' זה לשונו ושעם הכתוב שאפילו יהיה
 נביאים נביא ה' אינו מתנבא בשמי הגדול רק
 במרא' או בחירות והזכיר כן כי רבים מהנביאי' לא יגיעו
 לזה אבר היו נביאי' ברוח הקדש כענין שנ' רוח ה'
 דבר בו והי' יד ה' האמור' ביהזקאל ויתבאר בובר
 זכריה ע"כ הנה ביאר הרב שרוח הקדש הו' מין הנבוא'
 בלי ספק ושיחזקאל וזכרי' היו מתנבאים ברוח הקדש
 מעצמו התעורר לכתוב ברוח : *Pergit, atque ad Danielelem, de quo idem cit. loc. fol. 17. col. 3. dixit, quod:*
 הקדש שהיה בו ספור נבונכדנצר וחלומותיו ועניני
 בלשצר ודריוש והנסיים שנעשו בכבל לו ולחבריו
 ולכן היתה מדרגת הספר הזה מן הכתובים ולז'
 מן ספר הנביאים שנכתבו ונעשו במאמר ה' יתברך
 וכפי התודעות הנבואה וספר בו ג' דניאל הנבואות
 אשר

אשר ראיה ולכן הורה הספר הזה מן הכתובים
ודניאל הורה מדבר ברוח הקדש בערך חבר הספר
illa applicat sequentem in modum:

וינא לנו מזה כלו שדניאל הגיע למדרגת הנבואה בליפס ספק ושהחלום
הנזכר שחלם בתחלה ענינו שראה הצורות ההם נכחו המדמה כ באותה
שעה חל השפע האלהי על פחו השכלי ועל פחו הדמיוני יחד כיון שראה הצורות וידע פירוטם
שהוא המורה שהיא נבוא' גמור' מהמין השני אשר זכרתי ולכן קראו חלום להודיע
עד' חיות ההם אשר ספר לא ראה אותם מחוץ בעת היקיצ' אבל ברעיונו ראה אותם
מדומות כשאר נביאים ולכן אמר בזה רעיוני ובהלואי לפי שהיתה הנבוא' הזאת שכלית
ומדומה אמנם שאר המראות ראה בהם דברים בהקיץ והיו בהם מהמין הג' מן
הנבואה אשר זכרתי ולכן אמר במראה השנית ונדברו עמי נרדמתי מורה שכל מה
שקדם אליו היה בהקיץ ובמרא' הד' עלה ופיאר יותר ענינ' שרא צורות בחושו והיה עין
המין השלישי מן הנבוא' כמו שיתבאר בהגיעי' שמה ב'ה וזה עצמו היה דעת בעל הכוזר
במה שאמר בחקום הנזכר שהמלאכים יש מהם נבואים לעתם מן הגופים היסודיים
הקדים הנראים לעיני הנביאים ויש מהם מלאכים נחיים - ושאל הם הרומניים
שאומרים הפילוספי ואין עלינו לדמות דברים' ולא לקבל אותם והספק כמה שרא'
ישעיהו ימוקל ודניאל אם הם מלאכים נבואים לעת צורך או אם הם מן הרומניים
הקיימים וכבוד ה' הוא הנוף הדק ההולך אחרי החפץ האלהי המצטייר כפי מה שירצ'

Requisita vero naturalia
ad quamcunque Prophetiam, vel illa sit primi, vel fe-
cundi gradus, optime vido exposita ab A B A R B A -
